



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentaria In Regvlas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

Chokier, Jean de

Coloniae Agrippinae, 1674

Reg. IX. de litteris Rationi congruis expediendis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62377)

licentia denegatur per doctrinam Bart. in l. 1. §. sublata num. 2. ff. ad Trebell. ibiq. ff. num. 1. & 2. & seqq. alias limitationes sumere poteris ex Gonzale in glo. 66. n. 11 & seqq.

ARGUMENTA IN GLOS. XXIII.

De effectu decreti irritantis.

GLOSSA XXIII.

A C irritum) De vi, ac potentia Decreti irritantis scripsi, supra, in glo. verbi aut aliorum sub concordatis, Notabili 1. & 4. n. 18. quæ hic non repero, quibus adde Gabrielum commu. conclus. tit. de clausulis conclus. 3. ubi duodecim colligit effectus Decreti irritantis & Nic. Garciam tr. de ben. p. 5. c. 1. §. 9. per tot.

ARGUMENTA IN REG. VIII.

INNOCENTII.

- 1. Gratia Apostolica de qua constat in verbo, valet, etiam si scriptura super ea confecta non sit.
- 2. Supplicationi seu signaturæ Papæ non creditur sine confectioe literarum.
- 3. Gratia signaturæ per Papam prædefinitum, sortiuntur effectum per hanc Reg. Rationi congruit, sine nova signaturæ.
- 4. Bulla expedita tempore prædecessoris, an tempore hujus Papæ possit iterum expediri, utpote addendo quid, vel minuendo, in forma rationi congruit, & n. 10.
- 5. Hac Reg. auctior facta est per novissimos Pontifices.
- 6. Supplicationi soli seu signaturæ creditur quoad effectum gratiæ.
- 7. Regula hæc non obtinet in bullis signatis & expeditis.
- 8. Clausula restrictiva Pauli III. & Julii III. ut licentia concessa expediendi gratias ab immediato Pontifice emanatas, extendatur ad gratias etiam alterius prædecessoris Pontif. ad sex duntaxat mentes, non habet locum in immediate præcedente pontifice.
- 9. Quid si impedimentum supervenerit ei, cui Papa gratificatus est.
- 10. Bulla expedita tempore prædecessoris an rursum, si quid per negligentiam fortè omisum est, possit gratia expediri.

T expediri

Glossa
Rivina
Tartu
Vlas
Arles
Lice
Lice

- expediti juxta formam rationi congruit.
11. Actus qui non tenuit, seu ad suam perfectionem non pervenit, reiterari potest.
12. An Regula hæc obtineat in Legatis & Ordinariis?
13. Reg. hæc extendenda ad quoscumque Pontificis Concessionem.
14. Reg. hæc cessat in iis gratiis, quæ sunt extinctæ.
15. Quid dicendum in gratia Pontificis verbo facta & per testes probata.

REGVLA VIII. INNOCENTII

Qua est PAULI V. IX.

DE LITTERIS IN FORMA RATIONI CONGRUIT.

Item voluit quod concessa per prædecessorem suum, & de eius mandato, expédiantur in forma rationi congruit.

GLOSSEMA ALPHONSI.

In ista Regula dicitur, quod concessa per Sixtum expédiantur in forma rationi congruit. Forma rationi congruit est ista, &c. quod si Papa Sixtus signavit unam Gratiam, per illam Gratiam est jus questum de mero jure, sufficiat glo. singularis juncto textu in c. dudum s. nos enim de sepul. omitto allegare Bald. in l. humanum C. de legib. & Doct. in proemio vi. & Abbatem in c. nostri de elect. & in cap. in nostra de rescript. tamen quia non datur fides supplicationi, sine consensione literarum juxta Regula Cancellaria, ut infra patebit; juxta ea quæ dicit Bald. in l. falsus C. de furt. in Rubr. qui successores teneantur in prima Rubrica Collatione 2. & Oldr. in consil. CCCXXIII. quod incipit, factum tale est in m. eob. maxime in his gratiis quæ tribuunt Jurisdictionem, ut dicunt dicti Doctores. Isto videbatur quod ex quo non erant Bullæ expeditæ tempore Sixti, quod amplius non debebant expeditæ quia gratia videbatur facta ut inde expédirentur Bullæ, ut dicit Antonius in suo consilio & etiam Oldrad. in uno alio consilio suo cccxxvi. quod incipit articuli in v. c. & de statutis per Sedem Apostolicam possem ponere exemplum in cap. non debet de consang. & affinit. & in c. de multa de præb. & in c. si motu proprio de præb. lib. 6. & in multis aliis &c. Tamen Papa vult hoc ut expédiantur istæ supplicationes per formam rationi congruit, in qua dicitur quod rationi congruit; ut ea quæ à prædecessoribus nostris concessa fuerunt, præpediente obitu ipsius non fuerint expedita, quatenus tamen temporibus nostris plenum habeant effectum, & expédiantur &c. & tunc expédiantur per Cancellarium sine nova concessione, vel signatura per istam Regulam.

vidi tamen dubitari in Curia, & est nunc in practica, si unus malitiosus tempore Sixti expediret unam Bullam sed non placuit sibi in aliquo, & tempore Innocentii expediret iterum in forma rationi congruit, ubi erant ea qua voluit, an talis Bulla valeat vel non? & certe ego respondi quod non valeat, propter proemium istud scilicet rationi congruit &c. cujus verba denotant causam finalem, l. si. ff. de hær. instit. ergo, &c. Item quia de prima expeditione debet intelligi & non de secunda arg. l. boves §. hoc sermone, ff. de verb. signif. & c. non potest de præb. lib. vi. & per hanc rationem idem posset dici de bina expeditione etiam tempore ejusdem Pontificis; & propterea deberent Officiales tempore expeditionis in forma ista capere Juramentum ab expeditore, quod tempore alterius Pontificis non expediret per prædicta: sed hoc non servatur. Et omitto hic dicere, an concessionem aliorum Pontificum possint expediri per hanc formam? & credo quod non: quia his loquitur tantum Regula in singulari, scilicet per prædecessorem nostrum &c. & ideo oportet habere commissionem, vel mandatum signatum super hoc, & dictum fuit mihi quod sic practicatur in Cancellaria. Item omitto dicere de verbis Regule istius tempore Pauli, qua erant magis proluxa: sed non sine causa fuerunt omissa à Sixto, & hic ab Innocentio; & forte hoc dicam in alia Regula infra.

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

(Hæc Innocentii Regula minus latè patet, quam Regula Pauli III. Julii III. & successorum aliquot Pontificum: quia per hanc Regulam Innocentii datur tantum facultas expediendi gratias immediatè Pontificis defuncti: per Regulam autem Pauli III. Julii III. & aliorum abinde Pontificum fit extensio ad unum alium Pontificem & ad plures, caveturque ut bullæ debeant expeditioni rã sex mentes.

(Sine confelione litterarum) hoc quidem verum quoad gratiã probationem: nam quoad effectum gratiã certum est, quod gratia perficitur per solam signaturam, etiam ante litterarum expeditionem Rota decis. fin. n. 3. & 4. de rescript. in antiqu. Extr. decis. 275. num. 2. lib. 3. & quod gratia concessa à Papa vel alio Principe solo verbo perficitur absque aliqua scriptura tradit Moh. decis. 9. num. 1. ut licet pend. Rebuff. in Concordata tit. de Mand. Apost. §. 1. verb. litteras & in praxi in 2. per signat. num. 15. in pr. qua de re scribo ad Reg. 25. in verbo, non dicitur. Ideo non mirum si gratia per prædecessorem concessa per sequentem Pontificem quoad ejus effectum perficiatur.

(Ut infra patebit) ad Regulam xxv. ubi vide quæ notavi.

(Sine nova concessione) Quid de bullis signatis & plumbatis? certum est etiam expediri sub forma rationi congruit: cum plumbata bulla habeatur pro expedita

expedita Mand. ad hanc. R. n. 2. nec rationi congruit ut iterum expeditur, alioquin esset subreptitia: nam si Papa scivisset bullam prius expeditam, non hanc concessisset, vel non tam facile *c. postulati in fi. de rescript. Rebuff. in praxi tit. de gratia n. congruit n. 22.* Ceterum, clausula restrictiva in Reg. Pauli III. & Julii III. eorumq; Pontificum, qua concessa per alios quam immediatè præcedentem Pontificem expediti non debeant, nisi post sex menses à die coronationis, exten- non ad immediatè præcedentem Pontificem ut latè notat Mandolus *ad l. 4. qui quoq; q. 6.* quærit an impedito currat ejusmodi tempus, quo minoribus actum gratiæ suæ consequatur? & tandem concludit in ejusmodi eventu com- tissimum esse adire Summum Pontificem, qui veritate comperta & ex causa mandaret expediti literas juxta hujus reg. dispositionem: & talis impetratio Cancellaria & ubiq; audiretur; non solum cum gratia signata fuis per immediatè præcedentem Pontificem, sed etiam alios eo antetiores, ut voluit hic notat Alphonsus.

E *Quod non valet*) Maximè si bulla continebat omnia de stylo apponi solita aliter, & per injuriam eorum, qui expeditioni præerant, vel etiam ipsius provisionem negligentiam aliquid defuit, sic quod nullitas ex illa resultaret, rum denegari non solet provisio expeditio sub forma rationi congruit. Actus enim qui non tenuit, seu ad suam perfectionem non devenit, reiterari potest *leg. hac condit. ff. de condit. & demonstrat. l. qui per salutem ff. de iur. jur. Bald. in c. olim ex literis col. 7. de reg. Mandos. hic q. 7.* & sic ejusmodi literæ habebunt vim perinde valere, quatenus scilicet ad effectum, & executionem, non quoad provisionem: ideo si periret clausula subreptitia esset, vel aliàs insolita, per has literas in forma rationi congruit expeditas non fit confirmatio, nisi quoad probationem, quia dantur ad confir- vandum jus, non verò ad quærendum de novo, *Rebuff. in praxi parte 2. tit. de gratia rationi congruit n. 18.*

F *Aliorum Pontificum*) Jam initio dixi per Paulum III. & nonnullos alios Pontifices hanc Reg. ampliatam, ita quidem ut concessionem aliorum Pontificum possint expediti juxta hanc formam, sed quid in Legatis & Ordinariis & aliorum ipsorum expeditæ sub forma hujus Reg. non probant, nec prosunt, nisi pro colore colorato, *Pur. decis. 29. de rescript. spol. & decis. 16. de fide instrum.* Qua de re latius disputat Mand. *hic q. 8. per tot. qui quoq; in q. 9.* contra aliter tenuerunt opinionem non negat Reg. hanc extendendam ad quascumq; Pontificis provisionem, sive sit provisio simplex, sive certo modo, sive constitutio seu assignatio pensionis, sive dispensatio, sive deniq; mandatum de providendo: cum Reg. *hac* distinctè loquatur *arg. l. 3. ff. de off. presid. l. Imperator ff. de postul. c. quia circa de prin. si tam men gratia esset extincta, non daretur hoc rescriptum, ut in unionibus, quæ non sunt sortitæ effectum, & in expectativis, item in literis Justitiæ, *Rebuff. in praxi tit. 1. de**

de Gratia Rationi congruit n. 5. & 28. Quid autem gratia verbo facta, & per testes probata: si Papa facta ejulmodi gratia mox obiit, vel æger factus est, procedet dispositio hujus Reg. inquit Mandos. q. 11. sin diu supervixit, aliud statuendum esse, sibi enim impuret, qui supplicationem signari non curavit: neq; enim solet Cancellaria expedire in forma rationi congruit, nisi signata supplicatione, Rebuff. ad Concord. in forma Mand. Apost. super glo. in vers. gratiam, licet alibi dicat se vidisse unam expeditionem Clementis VII. super provisione viva voce facta, jure tamen probata, in praxi benef. d. tit. n. 8.

ARGUMENTA IN REG. IX. INNOCENTII

TII, qua est PAULI V. X.

- 1. Papa concedit alicui, ut plura beneficia, puta incompatibilia usq; ad tuam voluntatis beneplacitum obtineat, eculmodi gratia per illius obitum expirat, secus si ad Apostolicæ Sedis beneplacitum h. d. cap. si gratiosè.
- 2. Beneficium semel affectum, semper manet affectum & n. 9.
- 3. Reservaciones cessant post obitum Papæ, donec altero creato rursus publicentur.
- 4. Papa de ordinaria potestate non potest tollere jus alteri quæsitum.
- 5. Per commendam non perimitur prima vacatio.
- 6. Administrator non habet titulum in beneficio.
- 7. Hæc Regula symbolizat cum Extravagane ad Romani.
- 8. Hæc Regula non procedit in casu c. si Apostolica 35. de præb. in 6.
- 9. Affecta semel beneficia, sepe affecta.
- 10. In quo differant beneficia affecta à beneficiis reservatis.
- 11. Affectum beneficium ligat inferiores etiam sine decreto irritanti, quod secus est in reservato.
- 12. Beneficia quæ sunt affecta.
- 13. Si beneficium vacat de tempore, quo Regula non est in rerum natura, utpote Papa mortuo, non incidit in reservacionem.
- 14. Mortuo Papa si quis intrat in familiaritatem Cardinalis & exit ante creationem alterius, beneficia ejus non erunt reservata.
- 15. Mortuo Papa an Episcopi collatio facta ante noticiam obitus Papæ teneat, si beneficium vacavit in mente, qui vivente Papa erat reservatus.

GLA
RIVIN
TARUN
VLAS
ARLES
LICE
EPISCOPATI